

nam apes iracundissimae sint, ac pro corporis captu pugnacissimae, & aculeos in vulnere relinquunt. Noluit, inquit, illum natura, nec, sanum esse, nec vltionem magno constaturam petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens, &c. Quam virtutem non dubito, quin Homerus agnouerit, sed vulgares regum & procerum mores, qui ad vltionem procliuiores sunt, planè expressit.

ε φερσεως μελαι. Ita publici commodi studiosus est Achilles, vt illius procurandi gratia audenti animo esse iubeat Calchantem, quem timor Agamemnoniae potestatis prohibebat liberè sententiam suam de causa Graecorum calamitatis exponere, cui auxilium aduersus omnes pollicetur, atq; adeo aduersus ipsum Agamemnonem, cui alioqui regiae auctoritatis nomine honos & reuerentia ab Achille debebatur. Non ita se gerunt hodie, qui Calchantas innumeros potius repellunt, quam vt eorum libera oratione delicatulas regum aures offendi patiantur: neq; defunt tamen Achilles multi, qui se illorum furori generosè opponant.

Καὶ τότε δὴ φέρσασε καὶ ἠύδα μαύτις ἀμύμων,  
οὐτ' ἀρ' ὄγ' ὀρχαλῆς Ἰπτιμέμφει, οὐθ' ἐκατόμοις  
Ἄλλ' ἐνὶ δὲσπῆρ' ὄν' ἠτήμησ' Ἀγαμέμνων,  
οὐδ' ἀπέλυσε θυγατέρα, καὶ σὺν ἀπέδρασε ἄπιναι  
Τουώεν' ἀρ' ἀλγὲ ἐδρακεν ἐκηβόλῳ, ἠδ' ἐπὶ δρώσῃ  
οὐδ' ὄγε πῆν λοιμοῖο βαρέας χεῖρας ἀφείξῃ.  
Πεῖν γ' ἀπὸ πατρὸς Φίλω δρόμωνα ἰλικώπιδα κέρων  
Ἀπρῶτιν, ἀνάπινον, ἀγειν θ' ἱερῶν ἐκατόμοιν  
Ἐς Χρυσῶν ἴπε καὶ μιν ἱλασάμενοι πεπίθοιμεν.  
Ἦ τοι ὄγ' ὡς ἐπῶν καλ' ἀρ' ἐζέτο· ῥοῖσι δ' ἀνέστη  
Ἦρως Ἀτρείδης Ὀρυκρείων Ἀγαμέμνων  
Ἀχρῶμεν· μένε· ἢ μέγα· φρεσὶς· ἀμφιμέλαινα  
Πύμπλαντ', ὅσπερ δὲ οἱ· πρὸς λαμπετόν τι εἶκτιν.  
Κάλχαντα πρῶπιτα· καὶ ὁσόμεν· παρσπέπῃ·  
·Μαύτι κακῶν ἐπ' ὠπότε μοι ῥ' κρήγυν' εἶπας·  
Αἰὶ τοι τὰ κακ' ἐπὶ Φίλα φρεσὶ μαντ' ἀείδων  
Ἐδ' ἄλλο δ' ἐδὲ π' ἴω εἶπας ἐπ' ὅ, ἐπὶ ἐπὶ εὐλοσας  
καὶ νῦν σὺ Δαναοῖσι θεοπαρσπέων ἀγορεύεις  
Ὡς δὴ δ' ἐπὶ σὺν ἐκηβόλῳ ἀλγέα τ' ὄρχη  
Ἐοὐώεν' ἐγὼ κέρως Χρυσῆϊδ' ἀγλαὰ ἄπιναι  
οὐκ ἔτελον δὲ δρᾶσαι ἐπεὶ πλὴν βύλομα αὐτῶν  
οἴκει ἔχων καὶ γὰρ ῥα κλυτὰ μνήστῃ παρσπέεσσα,  
Κυρῆϊδ' ἀλόχευ· ἐπὶ ῥ' ἔθεν ἐπὶ χερσῶν  
Ἐοὐ δέμας, ἐδὲ Φυλῶ οὐτ' ἀρ' φρεσῶν, οὐτ' ἐπὶ ἔργα.  
Ἄλλα καὶ ῥ' ὡς ἐτέλω δρόμωνα πάλιν, εἰ ῥ' ἄμεινον.  
Ἦ βύλομα ἐγὼ λαὸν ὄσον ἐμμεναί, ἢ δότο λείδων.  
Αὐτῶρ ἐμοὶ γέρας αὐτῆς ἐπιμασῆ, ἰόφρα μὴ οἶ·  
Ἀργεῶν ἀγροσῆ· ἴω, ἐπεὶ ἐδὲ εἶοικε.  
·Δόσεται γὰρ ῥ' ἴω πάντες, ὅ μοι γέρας ἐρχεται ἄλλη.

Et tunc iam animū sup̄sit et dixit vates irrephēibilis,  
Neg, hic ob vota nō reddita iūsat, neg, ob hecatōbē,  
Sed gratia sacerdotis quē cōtumelia affecit agamēnō.  
Neg, liberauit filiā & nō accepit precia liberationis.  
Idcirco dolores dedit longè iaculans, & adhuc dabit:  
Neg, hic prius à peste graues manus continebit,  
Quam patri dilecto reddatur nigris oculis puella  
Inēpta, sine redēptiōis p̄cio, & ducat sacra hecatōba  
In Chrysam: tūc ipsum fortè placātes psuadebimus.  
Cerrè hic ita loquutus confedit: his autē surrexit  
Heros Atrides latè dominans Agamemnon (gine,  
Cōtristatus: irā aut valdè, p̄cordia circumfusa cali-  
Plena erāt, oculi autem ipsi igni lucenti similes erāt,  
Calchanta primū malè intuens alloquutus est:  
Vates malorum, nunquam mihi gratum dixisti:  
Semper mala animo tuo iucundum est vaticinari,  
Bonū aut nondū aliq̄d dixisti verbū, neg, perfecisti.  
Et nunc inter Danaos vaticinans concionaris,  
Quod idcirco ipsis longè iaculans dolores facit,  
Quoniā ego puella Chryseidis præclara liberationis  
Nō volui accipere: quoniā valdè cupio ipsā (precia  
Domi habere. etenim Clytāmnētra proposui  
Vxori q̄ virginē puellā duxi, quā nō ipsa inferior sit,  
Neg, corpore, neg, indole, neg, mētib, neg, itē operib',  
Sed nihilominus volo reddere, si hoc est melius:  
Volo ego populum saluum esse, potius quam perire.  
Sed mihi præmium statim præparate, vt non solus  
Argiuorum sim sine munere: nam neg, decet,  
Videtis enim hoc omnes, qd̄ mihi præmiū abit aliō.

22. ἀμφι μέλαινα  
22. ἰω  
22. οὐ ἴση  
22. ἴω  
22. δόσεται

COMMENTARIUS.

a. n̄t' ἀρ' ὄγ' ὀρχαλῆς] Apertè iam suam explicat sententiam Calchas, Achilles fretus ope, quam sibi ad securitatem antea erat stipulatus, docetq; Agamemnonis iniustitiam & impietatem à Deo in populo vindicari, cuius iram placandi in Chryseidis restitutione positam rationem commonstrat.

b. πῆν δ' ἀνέστη] Audito Calchate, quid Agamemnon fecerit, his verbis prodidit historia: Tum, inquit, Agamemnon cōtestans, quod mox accidit, concilio tacitus egressus, cunctos, quos secum habuit, in armis esse iubet. Id vbi Achilles animaduertit, commotus rei indignatione, simul pernecie defessi exercitus anxius defunctorum corpora miserandum in modum confecta, vndiq; in cōuentu ante ora omnium proijci fecit. Quo spectaculo adeo cōmoti reges, gētesq; omnes vti aduersus Agamemnonē à cūctis pergeretur, duce atq; authore Achille: & si perstaret suadere, exilio vindicandum. Quæ vbi Regi nunciata sunt, pertinaci animo ab amore captiuae nullo modo se iungi apparatus experiri, nihil de sententia remittendum destinauerat. &c. Ista verò Homerus exactius videtur persequi, cum in Agamemnonis & Achillis priuatis contentionibus immoratur, præcedente primū increpatione, qua Rex Vate excepit, quæ omnia historicus leuiter perstrinxit. In hoc vtriq; cōueniunt, quod omnia Achille duce cōfecta fuisse scribāt.

c. φρεσῶν ἀμφιμέλαινα] Relictis aliorum commentis præcordia nigra vndiq; in homine irato intelligo, atra bilis perfusa, ex cuius fetore generatur ira. Sunt porro in præcordijs maxime irascendi exordia, vt docet Plotin. Ennead. 4. lib. 4. c. 23.

d. πρὸς λαμπετόν τι εἶκτιν] Vt scias, inquit Seneca dicto lib. de Ira, insanos esse quos ira possedit, ipsum illorum habitum intueri. Nam vt furentium certa indicia sunt, audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra & vehementius acta suspiria: ita irascantium eadem sunt signa. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæstiuante ab imis præcordijs sanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, &c. Illa porro oculorum flagrantia ostendit, nihil aliud esse iram quam metam vim igneam. Quod etiam testatur Aristot. Probl. sectione 3. quæll. 17. vbi quærit, Cur non rigent qui irascuntur? An quod, inquit, ira & exandescencia timiditati sunt contraria. Est autem ira ex igne proficiscens. Cum enim intus copiam ignis retinemus, concalescimus: quod maxime in puerili ætate perspicere licet. Pueri namq; primū spiritus copiam retrahunt, deinde tubescunt: calor enim cum intus affatim substat atq; humificat, facit vt erubescant. Nam si quis largè aquam frigidam his infuderit, iram sedabit: sic enim calor extinguitur, &c. Hæc ille.

e. μελίη κρηναί] Quid per μελίη κρηναί significet, explicat sequens versus aἰὶ τοι τὰ κακ' ἐπὶ Φίλα φρεσὶ μαντ' ἀείδων. Sic autem Calchantem Agamemnon appellat, non tam propter præsens vaticinium, quam propter præcedētia, quale fuit illud de immolanda Iphigenia: de decennio quod duratura erat Troiæ obfidio: quæ vt mala essent, tamen vera erant, neq; ideò malus vates Calchas.

f. οὐκ ἔτελον δὲ δρᾶσαι] Cum tria reprehendisset Calchas in Agamemnone, quod sacerdotē non honorasset, quod filiam nō dimisisset, quod dona non recepisset, astutia Oratorum, qui grauiora argumenta intacta prætermittunt, ad duo posteriora solum respondet: Non dimisi, inquit, Chryseidem, quia eam malo domi apud me habere, aut si ea est dimittenda, præparate mihi aliud donum. An enim me munere destitutum solum inter Græcos iustum est?

2 4 22. ἴω